

OFFICIUM DEFUNCTORUM URGELLENSIS

Ad matutinum

Prosa: *Jesu redemptor*

Canto llano

- R̃. *Jesu redemptor suscipe ipsam,
ipsam ducendo in paradisum.*
1. Ṽ. Sancta Maria Dei genitrix,
precibus nostris tu sis mediatrix,
anime que eius tu sis susceprix.
2. Ṽ. Sancte Petre ecclesiæ pastor,
precibus nostris tu sis mediator,
anime que eius tu sis susceptor.
3. Ṽ. Sancte Paule ecclesiæ doctor,
precibus nostris tu sis mediator,
anime que eius tu sis susceptor.
4. Ṽ. Sancte Andrea Christi amator,
precibus nostris tu sis mediator,
anime que eius tu sis susceptor.
5. Ṽ. Sancte Stephane Christi amator,
precibus nostris tu sis mediator,
anime que eius tu sis susceptor.
6. Ṽ. Sancte Martine Christi confessor,
precibus nostris tu sis mediator,
anime que eius tu sis susceptor.
7. Ṽ. Sancta Catharina Christi amatrix,
precibus nostris tu sis mediatrix,
anime que eius tu sis susceprix.

Motectum: *Circumdederunt me*

Cristóbal de Morales

*Circumdederunt me gemitus mortis
dolores inferni circumdederunt me.*

Canto llano

Ṽ. A porta inferi.
R̃. Erue, Domine, animam eorum.

Parce mihi, Domine, nihil enim sunt dies mei.
Quid est homo, quia magnificas eum?
Aut quid apponis erga eum cor tuum?
Visitas eum diluculo et subito probas illum.
Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me,
ut glutiam salivam meam?
Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum?
Quare posuisti me contrarium tibi,
et factus sum mihi met ipsi gravis?
Cur non tolles peccatum meum,
et quare non aufers iniquitatem meam?
Ecce, nunc in pulvere dormiam,
et si mane me quaesieris, non subsistam

Responsorium: *Qui Lazarum resuscitasti*

Francisco Rey

℣. Qui Lazarum resuscitasti a monumento foetidum:
tu eis, Domine, dona requiem et locum indulgentiae.
℣. Qui venturus es judicare vivos et mortuos,
et saeculum per ignem.
℣. Tu eis, Domine, dona requiem et locum indulgentiae.

Psalmus 113: *In exitu Israel*

Canto llano

1. In exitu Israel de Aegypto, domus Jacob de populo barbaro,
2. facta est Judaea sanctificatio ejus; Israel potestas ejus.
3. Mare vidit, et fugit; Jordanis conversus est retrorsum.
4. Montes exsultaverunt ut arietes, et colles sicut agni ovium.
5. Quid est tibi, mare, quod fugisti? et tu, Jordanis, quia conversus es retrorsum?
6. Montes, exsultastis sicut arietes? et colles, sicut agni ovium?
7. A facie Domini mota est terra, a facie Dei Jacob:
8. qui convertit petram in stagna aquarum, et rupem in fontes aquarum.
9. Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam:
10. super misericordia tua et veritate tua; nequando dicant gentes: Ubi est Deus eorum?
11. Deus autem noster in caelo; omnia quaecumque voluit fecit.
12. Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum.
13. Os habent, et non loquentur; oculos habent, et non videbunt.
14. Aures habent, et non audient; nares habent, et non odorabunt.

15. Manus habent, et non palpabunt; pedes habent, et non ambulabunt; non clamabunt in gutture suo.
16. Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto.
17. Sicut erat in principio, et nunc et sempre, et in sæcula sæculorum. Amen.

Ad laudes

Antiphona: *Ego sum resurrectio*

Canto llano

Ego sum resurrectio et vita : qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet,
et omnis qui vivit et credit in me non morietur in aeternum.

Canticum Zachariæ: *Benedictus*

Giammateo Asola / Canto llano

1. Benedictus Dominus Israel : quia visitavit et fecit redemptionem plebi suæ.
2. Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui.
3. Sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt prophetarum ejus.
4. Salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium qui oderunt nos.
5. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris : et memorari testamenti sui
sancti.
6. Jusjurandum, quod iuravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis.
7. Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi.
8. In sanctitate et iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.
9. Et tu puer propheta Altissimi vocaberis : præibis enim ante faciem Domini parare
vias eius.
10. Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remissionem peccatorum eorum.
11. Per viscera misericordiæ Dei nostri : in quibus visitavit nos oriens ex alto.
12. Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent : ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis.
13. Requeim æternam, dona eis Domine.
14. Et lux perpetua luceat eis.

Ad missam

Verso de órgano de 6º tono

Antonio de Cabezón

—

Introitus: *Requiem æternam*

Joan Brudieu

Requiem æternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis.
Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem.
Exaudi orationem meam; ad te omnis caro veniet.

Kyrie

Joan Brudieu

Kyrie eleison

Christe eleison

Kyrie eleison

Graduale: *Requiem æternam*

Joan Brudieu

Requiem æternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis.
In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

Tractus: *Absolve Domine*

Canto llano

Absolve, Domine, animas omnium fidelium defunctorum
ab omni vínculo delictorum, et gratia tua illis succurrente
mereantur evadere iudicium ultionis, et lucis æterne beatitudine perfrui.

Sequentia: *Dies iræ*

Giammateo Asola / Canto llano

Dies iræ, dies illa, solvet sæclum in favilla, teste David cum Sibylla!
Quantus tremor est futurus, quando iudex est venturus, cuncta stricte discussurus!
Tuba mirum spargens sonum per sepulcra regionum, coget omnes ante thronum.
Mors stupebit et Natura, cum resurget creatura, judicanti responsura.
Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, unde Mundus iudicetur.
Iudex ergo cum sedebit, quidquid latet apparebit, nil inultum remanebit.
Quid sum miser tunc dicturus? Quem patronum rogaturus, cum vix justus sit securus?
Rex tremendæ majestatis, qui salvandos salvas gratis, salva me, fons pietatis.
Recordare, Jesu pie, quod sum causa tuæ viæ; ne me perdas illa die.
Quærens me, sedisti lassus, redemisti crucem passus, tantus labor non sit cassus.
Juste Iudex ultionis, donum fac remissionis ante diem rationis.
Ingemisco, tamquam reus, culpa rubet vultus meus, supplicanti parce Deus.
Qui Mariam absolvisti, et latronem exaudisti, mihi quoque spem dedisti.
Preces meæ non sunt dignæ, sed tu bonus fac benigne, ne perenni cremer igne.
Inter oves locum præsta, et ab hædis me sequestra, statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis, flammis acribus addictis, voca me cum benedictis.
Oro supplex et acclinis, cor contritum quasi cinis, gere curam mei finis.
Lacrimosa dies illa, qua resurget ex favilla.
Judicandus homo reus, huic ergo parce, Deus.
Pie Jesu Domine, dona eis requiem. Amen.

Verso de órgano de 1º tono

Antonio de Cabezón

Offertorium: *Domine Jesu Christe*

Joan Brudieu

Domine, Iesu Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum
de poenis inferni et de profundo lacu.
Libera eas d'ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum;

sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam,
quam olim Abrahæ promisisti et semini eius.
Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus;
tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus.
Fac eas, Domine, de morte transire ad vitam.
Quam olim Abrahæ promisisti et semini eius.

Sanctus - Benedictus

Joan Brudieu

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Domine Deus Sabaoth!;
pleni sunt coeli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

Agnus Dei

Joan Brudieu

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem sempiternam.

Communio: *Lux æterna*

Canto llano

Lux æterna luceat eis, Domine, cum sanctis tuis in æternum, quia pius es.
Requiem æternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis.
Cum sanctis tuis in æternum, quia pius es.

Requiescat in pace

Francisco Rey

Requiescat in pace. Amen

Absolutio

Verso de órgano de 1º tono

Antonio de Cabezón

—

Responsorium: *Libera me*

Josep Reig / Canto llano

Libera me, Domine, de morte æterna in die illa tremenda
quando coeli movendi sunt et terra.
Dum veneris judicare saeculum per ignem.
Dies iræ, dies illa,
calamitatis et miseriae,
dies magna et amara valde.
Quando coeli movendi sunt et terra.

Requiem aeternam dona eis, Domine,
et lux perpetua luceat eis.
Dum veneris judicare saeculum per ignem.

Redemptor Deus miserere.
Salvator veniam concede.
Precibus Virginis Mariæ, peccata eis dimite.
Salvator veniam concede.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Fuentes:

- **Canto llano:**
 - o *Ordinarium Urgellinum* (Lyon: Corneille de Septgranges, para Joan Guardiola, 1548)
 - o *Ordinarium barcinonense : Gulielmi Cassadori episcopi iussu aeditum.* (Barcelona : Claudium Bornot, 1569)
 - o *Rituale ecclesiae Urgellensis ad sacramenta administranda* (Toulouse: Viuda de Jacques Colomiez, 1617)
- **Francisco Rey (s. XVI):**
 - o Tarazona, Archivo Capitular, Ms. 5
- **Juan de Antxieta (1462-1523):**
 - o Tarazona, Archivo Capitular, Ms. 2/3
- **Cristóbal de Morales (1500-1553):**
 - o Segovia, Archivo Capitular, Libro de polifonía 1
 - o San Lorenzo del Escorial, Real Biblioteca del Monasterio, Libro de polifonía 21
- **Antonio de Cabezón (1510-1566):**
 - o *Obras de música para tecla, arpa y vihuela* (Madrid: Francisco Sánchez, 1570)
- **Joan Brudieu (ca. 1520-1591):**
 - o La Seu d'Urgell, Arxiu Diocesà i Capitular d'Urgell, Cantoral polifònic s.s.
- **Giammateo Asola (1532-1609):**
 - o *Falsi bordoni per cantar salmi.* (Venecia: Ricciardo Amadino, 1592)
 - o *Messa pro defunctis.* (Venècia: Angelo Gardano, 1576)
- **Josep Reig (1595-1674):**
 - o Fondo de la iglesia parroquial de «Sant Pere i Sant Pau de Canet de Mar»: Au-827